



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 68. Julii Gabrielii Cardinalis decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

sua solemnī ritu Deo nuncupavit, as-
sumptoque Bernardi Gustavi nomine
post plurima virtutum exempla tertio
post anno in Fuldensem Abbatem, &
biennio post in Campidunensem Prin-
cipem assumptus est. Meritorum fama
dum ad Clementis X. Papæ aures
personante, ab eodem anno Christi
millesimo sexcentesimo septuagesimo
etiam Romana Purpura decoratus est.
Tandem vero, cum ad Hammelbur-
gensē arcem contenderet, in itinere
periculoso morbo correptus, paulopost
die vigesima sexta Decembris anno
ætatis suæ quadragesimo sexto meritis
plenus pie in Domino obiit: Successo-
rem habuit in Fuldensi Abbatia Placi-
dum de Droß ex nobili apud Westpha-
lōs genere prognatum.

§. LXVIII.

Julii Gabrielii Cardinalis decessus.

Eodem fato sublatus est Julius Gabriel-
lius patria Romanus, qui a piissi-
mis parentibus liberaliter educatus, ac
scientiis politioribus apprime excultus
coram Gregorio XV. elegantissimam ora-
tionem habuit, & ab Urbano VIII. Ca-
meræ Apostolicæ Clericis adscriptus
anno hujus sæculi quadragesimo primo
ab eodem Cardinalis, & sequenti anno
Hist. Eccles. Tom. LXIV. O Ascu-

Palat. Fast.
Card. t. 4.
Cornar. re-
lat. de la
Cour de
Rom. p. 74.
Purpur.
doct. suppl.
Eggs.
Ciaccon. in
vita Ur-
ban. VIII.

Sæc. XVII. Asculanus Episcopus renuntiabatur,
A. C. 1677. ad quam etiam Ecclesiam, ut Barbe-
 rinorum indignationem declinaret, re-
 licta Roma secessit, moxque Urbini Le-
 gatione defunctus rediit: Perperam at
 maledico ore fidei nostræ hostes eidem
 assingunt, quod populum Urbinaten-
 sem hujus Provinciæ Episcopus a Cle-
 mente IX. creatus gravissimis exactio-
 nibus ad sublevandam extremam suam
 paupertatem exhausisset, atque ad se-
 ditionem concitasset: præterquam enim
 quod hic Cardinalis familiæ suæ di-
 vitiis, atque Ecclesiarum proventibus
 abundaret, passim ab omnibus vitæ suæ
 scriptoribus præcipue commendatur,
 quod suas facultates in pauperes &
 pia legata largiter effuderit, ac uni
 Deo & conscientię suæ addictissimus
 superfluum luxum abhorruerit, necnon
 Clerum, Pastores & suæ Diœcesis oves
 salutaribus decretis, verbo, & exem-
 plo tam efficaciter paverit, ut Syno-
 dales ejus Constitutiones tam in Ascu-
 lana, quam Urbinatensi & Reatina Ec-
 clesiis, quas subinde moderabatur, ho-
 diedum observentur. Celebratur quo-
 que ab omnibus ob miram morum co-
 mitatem, atque integritatem, solet-
 tiam, & prudentiam: tandem vero
 die decima sexta Maij Romæ placidif-
 sime obiit annos natus septuaginta
 quatuor.

§. LXIX.